

B. h. II 514.  
h. 61, 10.

X 187 8804

DEO DUCE!  
DE

II k  
3070

RENOVATIONE  
INVESTITURÆ  
FEUDALIS,  
INDULTU SUPERIORUM  
in almâ hâc philureâ,

PRÆSIDE  
DN. JOH. ALEXAND. Christ  
U. J. D.

JOH. CAROL. Böse / Eq. Misen.  
A. & R.

d. 4. Sept. cIɔ Iɔc LXXIX.  
hor. locog̃ consuet.



LIPSIAE

Typis KRÜGERIANIS.

Hr. Licenc. Mühlig  
22







# FELICITER!

## § I.



Oncepta est disputationis nostræ rubri. Considera-  
ca de Renovatione investituræ cum, <sup>tio nomi-</sup>  
Ludw. tr. de renov. Invest. & DD. comm.  
qvi per hunc terminum nihil aliud intel-  
ligunt, qvam feudijam constituti renova-  
tionem, qvæ iterata vel veteris feudi in-  
vestitura dicitur 2. F. 3. & 32. investituræ  
vocabulo qvadantenus à proprietate sua semoto : renovationem  
qvippe hanc, investituras proprie non esse, sed in-  
vestitura veteris confirmationem adstruit Rosenthal. d. feud.  
Cap. 6. concl. 29. n. 3. & qvamvis terminus rubricæ nostræ  
videatur saltem ad Dominum respicere, ut pote cuius est  
renovare, Vasalli verò recognoscere; qvâ ratione tractatum  
suum, qvem de hâc materiâ reliquit Laur. Sylvanus JC.  
Patavinus inscripsit de recognitione feudi: qvoniam tâ-  
men & renovatio & recognitio eôdem expediuntur aëtu,  
vox renovationis videtur satis ex haurire naturam rei ipsius.  
Appellatur illa alia qvoqve renovativa investitura.  
Menoch. L. 1. Consil. 66. n. 40. Gr. ἀνακαμφίς, Cujac. 2.  
Feud. 4. licet hæc vox nec renovationem, sed reversio-  
nem s. reflexionem significet: nec in Nov. Leon. 13. de re-  
novatione nostra feudali; sed de renovatione precariæ  
capiatur, & fieri soleat præstitis eis - δεκτικοῖς Cujac. 1. F.  
5. vid. d. Nov. 13. Germ. dicitur Lehens = Verneuerung /  
wiederholte Lehens = Empfahrung / Thab. ichnogr. dœlr. feud.  
P. 1. n. 41. qvandoqve etiam simpliciter Be-Lehnung  
Giphan Tr. d. Jur. feud. Cap. 10. n. 37. Eam describi-  
mus ita:

A 2

§. 2.

**Definitio** §. 2. Renovatio investituræ est actus solennis, quo feudum legitimè acquisitum possessori ad ejus petitionem ob Dominum vel Vasallum mutatum interveniente fidelitate confirmatur, conf. Ludw. de renov. invest. Cap. 1.

*An sit Con tractus* §. 3. Generis loco posuimus Actum, tanquam verbum generale omnibus factis absolutis commune. l. 19. ff. d. V. S. est enim actus factum ipsum, quo res & negotia fiunt Gödd in d. l. 19. n. 9. quoniam igitur & renovatio investituræ est factum, quo confirmatur possessori feudum, commodius vocabulum actus videtur applicari posse, quam contractus à Laur. Sylvan. d. recogn. feudi qu. 2. nulla enim hic intercedit conventio, neque agitur de jure aliquo acquirendo, sed saltem de jure acquisito confirmingando. Et quamvis Sylvan. d. q. n. 5. suæ assertioni robur aliquod inde conciliare studeat, quia à parte Vasalli adest obligatio ad recognoscendum, à parte Domini ad renovandum: hæc tamen obligatio non oritur demum ex renovatione, sed jam adest ex constitutione feudi, & investitura prima quæ ipsa tamen propterea non magis contractus esse videtur, per ea quæ habet Ludw. Synops. feud. Cap. 8. §. 1. Ex dictis facile patet rectè sentire Niel- lium Disp. feud. 5. th. 1. lit. a. quando renovationem inve- stituræ modum acquirendi feudi negat: omnis enim re- novatio fit vel Dominomutato vel Vasallo mutato, ut sub- seq. §. 5. monebitur: neutro v. casu per renovationem ac- quiritur feudum: non illo quia nulla ratio, cur per Do- mini mutationem Vasallo interruptum dicatur dominium. non hoc, quia successor feudum jamjam acquisivit suc- fione. 2 Fend. 33. add. 1. F. 14 §. si capitanei 2. F. 23. inf. quod autem meum jam est, denuò meum fieri nequit l. 159. d. R. J. Conf. Ludw. Syn. feud. cap. 8. p. m. 191.

*Causa efficiens remo-* §. 4. Et hæc de consideratione generali. Succedit specialis quæ comprehendit causas, easq;e tum internas scil. materiam & formam. tum externas scil. Efficientem & finem. Efficiens est vel remota vel proxima, illam dicimus esse  
ta

97.

esse Jus Feudale 2. F. 3. 32. & 91. hoc ipsum enim tantâ severitate exigit renovationem, ut contra facientes feudi amissionem puniat, ut infra patebit.

§. 5. Causa proxima nobis est mutatio Domini vel *Causa Effi-*  
Vasalli. 2. *Fend.* 24. quo tendit clausula, quæ in literis inve-*ciens pre-*  
stituræ apponi solet: *Das der Vasall der Lehen so oft xima*  
*die Zufall kommt/ gebührliche Folg thun solle.* vid.  
Schneidw. *d. feud.* P. 5. n. 1. neq; enim subsistere potest do-  
Etrina Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. dicti*, *Vasalli promi-*  
*serunt &c. n. 1.* quasi Vasallus ad omnem Domini requisitionem  
feudum renovare debeat: nullô enim jure, nullâ lege id cavetur, notante Henr. Rosenth. *de feud.*  
*cap. 6. concl. 58. n. 1.* neq; juvatut hæc sententia autoritate  
Bald. *in l. plures C. d. fide instrum.* non enim dicit ibi Baldus  
recognitionem esse faciendam quandocumq; Domino libuerit; sed simpliciter emphyteutam & Vasallum ad  
recognoscendum esse obstrictum, quod utiq; de tempore debito & conveto intelligendum, ut observat Sylvan.  
*de recogn. feudi. q. 21.* quâ de causâ capit Ludw. *de renov.*  
*invest. cap. 1* locum illum Jacobi de casu ubi vel ex conventione vel speciali consuetudine Vasallus ad hanc necessitatem compellitur, tunc enim quin consuetudo illa fit servanda, dubitare nos non patitur text. 2. F. 1. pr. add  
Vult. *d. feud. L. 1. c. 7. n. 60.*

§. 6. Respectu Domini (immediati & proximi *Mutatur*  
Schrad. P. 6. c. 3. n. 3.) contingit mutatio (i.) morte, 2. F. *Dominus*  
24. in pr. tunc enim succedit aliis, quem Vasallus agno-*i.) morte.*  
scat necesse est. 2. F. 40. Si tamen plures Dominos ejusdem feudi pro indiviso habeat Vasallus & unus ex illis moriatur, mutatio contigisse non videtur, plures enim illi pro uno habentur respectu Vasalli, arg. 2. F. 5. §. 1. nisi defunctus reliquerit liberos ad feudi successionem habiles; quia enim tunc hi reliquis Dominis accedunt in locum Parentis surrogati, novi Domini existunt & petitioni causam præbent, ut latius demonstrat Franzk. *L. 1. resol. 19. n. 21.* & ex eo Dn. Struv. *Synt. jur. feud. cap. 10. §. 2.*

n. 2. ubi simul addit qvod qvandoqve senior frater vel agnatus solus qvoad investituram faciendam ex conventione sit loco omnium dominorum, qvo casu non nisi eo mortuo renovatio fieri debeat.

**2) alienatione.** §. 7. (2) Alienatione feudi, vel potius dominii directi seu dominationis feudi, uti loquitur Cujac. I. F. 22, alienationis voce non in latiori significatu accepta, qt. denotat omnem actum, per qvem non modo dominium, ut in l. 1. c. d. fund. dot. sed & possessio, ut in l. 4. §. 2 ff. d. alien. jud. mut. caus. vel aliud Jus transfertur. Gödd. in l. 28. n. 8. in f. ff. d. V. S. Sed in sensu strictiori qt. denotat actum, qvo proprietas & dominium omnino transfertur, & novus dominus feudi constituitur. Dn Struv.

*An Domini Synt. feud. cap. 13. §. 1. n. 5.* Atq̄ hæc ut legitimè fiat & ad nus irrito hibito Vasalli consensu necesse est; non enim potest dominus posse minus sine voluntate Vasalli feudum alienare ex lege. Vasallo posse minus sine voluntate Vasalli feudum alienare ex lege fit Domini Conradi Imp. 2. F. 34. §. ex eadem 1. qvam repetiit Friburgherius direximus Imp. 2. F. 55. §. 1. in f. rationem ponunt, tūm etum alie-qvod ferè in omnibus ad paria judicentur Vasallus & nare? Dominus. 2. F. 6. in f. Audr. de Isern. super usib. Feud. 2. F. 34. n. 8. tūm ne Vasallo invito alias obtrudatur Dominus.

§. 8. Et hoc generaliter ita esse putamus sive cum, sive sine curiâ dominus alienaverit feudum; qvamvis enim textus 2. F. 34. §. ex eadem. dubius videatur dum distingvit (1.) an cum vel sine curia: & (2) an in superiorem vel æqualem, an v. in inferiorem fiat alienatio; ita, ut cum Curia & in superiorem atqve æqualem Dominum etiam sine Vasalli consensu fieri illa possit. Hæ tamen distinctiones ad Mediolanensium consuetudinem specialem videntur pertinere; qvod tūm ex ipso textu patet, ubi sibi invicem opponuntur Lex Conradi, & consuetudo Mediolanensium, qui etiam alias Imperatorum Constitutiones contenserunt, notante Cujac. in 4. F. 38. ex naturali quasi adversus Imp. odio; tūm ex verbis ipsius legis Conradi, qvæ recentet Bitsch. Comment. ad 2. F. 34. §. ex eadem.

ex eâdem. notab. 2. ita: *Insuper & omnibus modis prohibemus ut nullus Senior de beneficio suorum militum Cambium aut precarium aut libellum sine eorum assensu facere præsumat. tum denique ex collatione textus 2. F. 55. §. 1. inf. ubi hæc ipsa prohibitio à Frider. I. Imp. repetita. Licet v. hæc sententia sit communis, & de Jure feudali verissima; monet tamen Rosenthal de feud. Cap. 9. concl. 62. n. 13. usū recipit illam distinctionem, inter alienationem feudi s. Dominii directi cum Curiâ s. territorio, & sine Curiâ; ita ut illo casu consensus vasalli necessarius non sit: cùm multa transerant cum universitate, quæ separatim transferri non possunt l. 62. ff. d acq. rer. Dom. modo Vasalli graviorem servitudinem non patientur. Gail. d. P. P. L. 2. cap. 15. n. 1. nec in minorē dominum transferantur; Vasalli enim maximè interest, minori non subjici, tum quia sub potenti magis est tutus; tum ne teneatur fidelitatem facere minus nobili. Præpos. sup. usib. feud. de L. Conradi. §. ex eadem n. 3. quâ ratione fatus olim Arturus Britanniæ Dux noluit pro Rege Galliæ Regem Angliæ qf. dominum agnoscere, referente Cujac. 1. F. 22. quām historiam ex Molinæo latius refert Bitsch. cit. l. notab. 9. Imò de consuetudine Franciæ hanc unicam causam esse propter quam alienationi feudi contradicere poslunt Vasalli, tradit Gvil. Benedict. in Cap. Raynut. verb. duas habens filias. n. 69. X. de Testam. Atque idem quoque Juri Saxonico feudali conveniens esse, tradit Heig. L. An Princeps subditos in potissimum Hotom. qu illustr. 1. & Heig. L. 1. q. 19. nare. quoniam tamen diversa ratio subditorū est & Vasallorum, nobis hâc in re arridet doctrina Grot. d. J. b. & p. L. 1. C. 3. §. 12. & seq. ibique in not. Pufendorf. d. J. N. & Gent. Lib 7. Cap. 6. §. pen. & ult. & C. 7. §. 11. ad quos in hac Quid juris quæstione à scopo nostro quadantenus aliena B. L. si dominus remittimus.*

§. 9. Quæ verò de alienatione cum consensu Vasalli, rit Vasal vel secundum mores, cum Curia facienda dicta sunt, ea los ex necessitate.

ad necessariam extendere nolumus. Qvāmvis enim ad patria judicentur Dominus & Vasallus ; hic v. ne in necessitatis casu Domini consensum negligere possit arg. 2. F. 9. Schrader *de feud. P. 8. C. i. n. 20.* & seq. paritas tamen illa non perpetua, & fallit, qvando diversa utriusq; ratio, ut hic: nam licet ad officiū Domini spectet, ne finat Vasallum suum peri- re, tamen & Vasallum decet Dominum non contemnere. Do- minus v. reverentiam Vasallo non debet; & impium atq; ini- qvum videri posset, nolle pati eum à qvo, vel à cuius majori- bus Vasallus vel ejus majores beneficium acceperunt, cum suo in necessitate facere, qvod Vasallo parum noceat & fa- cienti profit. Rosenth. *d. feud. Cap. 9. concl. 62. lit. O. in f.*

§. 10. Neqve etiam dicta in §. 8. extendenda, puta-

*An ad remus ad resignationem illi factam qvi aliás esset successus-signationē ruis.* Si enim licitum est Vasallo in illorum gratiam re-  
Vasalli futare feudum qvi aliás succederent. 2. F. 14. & 2. F. 26.  
*Consensus* §. Titius. etiam sine voluntate Domini. 2. F. 38. nulla adest  
*requira-* ratio cur idem denegandum sit domino arg. 2. F. 5. Atque  
tur!

hoc procedere putamus, etiam eo in casu ubi dominus fundum dominantem, e. g. Ducatum Imperii, feudi qvo-  
que jure possideret, eumqve refutaret supremo Domino e. g. Imperatori; qvia hac ratione Vasallus propriè non alienatur in Extraneum, sed Domino subalterno sublato,  
supremus Dominus in locum ejus succedit Rosenth. *d. cap. concl. 62. n. ult.* Resignatione a. tali vel translatione  
factâ vel in filium vel in aliás successurum, mutatum Do-  
minum censi, atq; renovationem petendam esse nulli  
dubitamus. Vult. *d. feud. L. 1. c. 7. n. 9.* Ludw. *d. renov.*

*An per op. invest p. 433. in f.*

*pignorati- onem mu- tetur Do- minus?* §. 11. An verò sub alienatione comprehendatur qvoqve oppigneratio, ut tunc dominus mutatus cen- seatur, qvando Dominium directum alii pignoris jure ces- sum est? videtur dicendum qvod non; qvia pignus ma- net in dominio debitoris *l. pignus 9. C. d. pign. act. l. 12. pr. ff. d. distr. pign.* nec pretio aliquo venditur, sed tan- tum oppignoratur, ideoqve ejus fructus Creditor non lucra-

lucratur, sed Sorti imputatur. *I. i. C. d. distr. pign. unde etiam*  
 in dominii directi oppigneratione Feudistæ comm. nō exi-  
 gunt consensum Vasalli, quemadmodum in alienatione  
*Ifern. d. prohib. feud. al. in pr. n. 4. Camerar. in repet. L. Im-*  
*periale d. prohib. feud. alien. fol. x. lit. T. Schrader P. 8. c. 1. n. 27.*  
 Qvāmvis verò in imperio nostro, præprimis in oppignerationibus rerum Imperii, videamus qvandoq; plus Juris in Creditorem transferri, qvām alias secund. *LL. Rom.*  
 fieri solet, ut patet ex variis oppignerationum ejusmodi exemplis. Putamus tamen hæc, taliaq; fieri ex pacto, non ex naturâ Juris Teutonici; quasi hoc jure regulare sit, ut dominium pignoris transeat in Creditorē, ut vult Dn. Strauch. *Diss. de Oppign. Imp. §. 13. 14. 34.* qui propterea ejusmodi oppignerationes speciem Fiduciæ, Romanis olim ex *LL. XII. tabb. cognitæ*, esse contendit, ex eo, qvod Fiduciæ mentio fiat in **Codice Theodosiano** *I. 9. C. Th. d. infirmand. his quæ sub Tyr.* Cujus Codicis magna olim apud Germanos, & major quam juris justiniane fuerit autoritas, qvod idem tradit Dn. *Conr. d. O. J. G. e. 3. & c. 20.* Ast utut non negemus, Fiduciam ap. *Rom.* ex *LL. XII. tabb.* fuisse speciem qvandam pignoris, quæ fiebat per æs & libram f. mancipationem, & dominium transferebat. vid. Dn. Strauch. *d. diss. §. 5.* ejusq; mentionem fieri in Codice Theodosiano: Utut etiam concedamus, Codicis Theodosiani magnam olim in Germ. fuisse autoritatem, & Codicem Aniani à Carolo M, Imp. confirmatum, ex Theodosiano illo opere potissimum collectum. *Conr. d. I.* Exinde tamen Strauchiana illatio nondum confirmari videtur. Nec movemur text. *Juris Saxon. L. 2. des Landr. art. 24. §. Ein jeglich Mann.* qui eundem effectum alienationis tribuit bonis oppigneratis, qvām venditis, quam dispositionem hic secutus effectus, ut pignore casu perempto Creditori illud periisse censeatur, eatenus ut amiserit Creditum *L. 3. Landr. art. 5.* Hanc enim dispositionem Jur. Saxon. in foro non servari ex Coler *P. 1. decis. 9.* tradit Carpzov. *P. 2. C. 26. d. 4. n. 9. &*

in Electoratu Juris Civ. dispositio aperte reducta, per  
Const. Elect. Aug. 26. in P. 2. add. Consult. Sax. P. 1. q. 52.  
& seq. Nec denique est ratio, cur Creditor Jus percipiendi fructus ex pacto Antichretico habere nequeat; ut vult  
Dn. Strauch. d. diss. §. 32. nam natura pacti Antichretici  
in eo consistit, ut Creditor usurarum loco fructus pignoriis percipiat. l. 17. C. d. usur. vid. Dn. Struv. Decis. Sabbat.  
c. 7. dec. 6. per oppignerationem igitur Dominus aliter  
mutatus non erit, quām si expressè hoc actum fuerit.

3.) *Divisio-*  
*ne.*

§. 13. (3) *Divisione*: si scil. plures heredes Domini,  
haec tenus in communione constituti, bona diviserint, atqve  
sic in divisione uni tantum assignatus Vasallus fuerit:  
quāvis enim investituram communiter recipiendo, omnibus  
fidelitatem atqve sic etiam huic, quem solum jam Do-  
minum consecutus, simul præstiterit; non tamen aliter,  
quām pro ratā suæ partis pro in diviso eum recognovisse,  
censetur, cùm nec totius Dominus fuerit. Rosenthal d.  
feud. Cap. 6. Concl. 38. n. 12. quia verò jam & reliqvas par-  
tes per divisionem nanciscitur, ut pro illis quoque reco-  
gnoscatur necesse est. quod pluribus deducit Hartm. Pi-  
stor. observ. singul. 186. Conf. Dn. Struv. Synt. feud. Cap. 10.  
§. 2. n. pen. Atqve secundum hanc sententiam responsum  
esse in Scabin. Lips. 1629. testatur Dn. Bechmann. usu Pr.  
feud. Ex. V. n. 65.

Vasallus  
mutatur  
1.) morte

§. 14. Respectu Vasalli contingit mutatio fermè ijs-  
dem modis, & (1) quidem morte 2. F. 24. pr. in f. tunc  
enim aliud dominus nanciscitur Vasallum, quem, ut in-  
limine suam contestetur reverentiam, decet, Schneidew.  
d. feud. P. 5. n. 4. atqve hoc procedit etiam si Vasallus in-  
vestitus fuerit pro se & heredibus; Fidelitas enim hæc est  
personalis, adeoque ad heredem non porrigitur Schnei-  
dew. d. l. n. 7. vid. Ludw. d. ren inv. cap. 1. p. m. 413.  
Quod si verò plures unum feudum possideant pro indivi-  
so, & unus ex iis moriatur nullis relictis liberis, mutatio  
nulla contigisse videtur, cum omnibus in solidum jus

quæ-

quæsitus videatur. Knichen. d. vest. part. P. I. c. 1. n. 37.  
atque ita judicatum ab Ordine Juridico & Scabin. Lips.  
1660. refert Dn. Struv Synt. Jur. feud. c. 10. §. 3. n. 2. nisi ex iis vol-  
luntate Domini (Rosenth. cap. 6. Concl. 36. n. 4.) consti-  
tutus ad hoc, ut singulorum vices gerat, & nomine com-  
muni fidelitatem præstet, der Lehren træger / mortuus fu-  
erit; tunc enim, reliquias quantumvis superstitibus, renovatio  
erit necessaria; quia ex hujus morte solum æstimatur muta-  
tio, & ubi ex reliquis unus vel alter deficit, nuda notificatio  
Domino facienda. Bechim. usn Pr. feud. Ex. 5. n. 68. Qvod  
ita quoque in Universitate vel Civitate usu venire solet;  
quia n. civitas non moritur, à parte Vasalli per mortem,  
mutatio contingit, si vel Curator qui universitatis nomi-  
ne fidelitatem præstat moriatur. Schrad. P. 6. c. 1. n. 2.  
vel ejusmodi Curatore deficiente tempus ad renovandum  
definitum præterlapsum fuerit. Dn. Struv. d. § 3. n. 3.

§. 15. (2.) Alienatione quâlibet, quâ feudum transfertur in alium. modo sit talis, quâ feudum manet antiquum; qualis sine dubio est, si transferatur in agnatum in prima investitura comprehensum, s. à primo acquirente descendente arg. 2. F. 14. propriè enim non est alienatio, sed quædam refutatio. Andr. Ifern. in cap. sed & res. Per quos fiat invest. n. 6. Præpos. d. l. n. 2. qualem refutationem tacitam appellat Bitsch. 2. F. 14. notab. 3. Nec inovet, quod talis successor titulo singulari veniat, nec causam habeat ab alio, sed à se ipso, adeoque feudum in ejus persona novum fiat. arg. 2. F. 32. add. 2. F. 50. procedit enim hoc, si feudum translatum sit in extraneum, propter text. I. F. 5. §. præterea. & quia Vasallus vendens rem feudalem consensu Domini, feudum Emotori non constituit, sed rem in quâ ipsi feudum constitutum fuit, alteri vendit Struv. Synt. Jur. feud Cap. 7. §. 1. non v. si alienatio in agnatum fiat; quamvis hoc velit Matth. Af- flict. in cap. 1. d. Vas. decrep. et. 2. F. 14. n. 21. ex ratione quod novatione personæ novum feudum fiat; hoc quippe sa-

tis refellitur text. 2. F. 49. vid. Rosenth. de feud. c. 2. con-  
clus. 22.

3.) Felo-  
nia.

An felonie  
remissa  
Vasallus  
renovatio,  
nem petere  
debeat?

§. 16. (3.) Felonia; modò feudum sit antiquum.  
Qvia enim tunc aut statim, aut saltem morte possessoris delinquentis, ejusque delendentium, feudum pervenit ad agnatos. qvin renovationem hi petere debeant, nullum planè subest dubium. habent enim hoc feudum jure à primo Acqvirente ad se transmiso, adeoqve non alio modo, qvam si morte Vasalli possessoris successio ad ipsos delata. Verùm qvid si felonie Vasallo remissa, an tunc renovationem petere tenebitur? Hic videmus Rosenth. c. 6. concl. 32. Schrader, P. 6. c. 1. n. 5, Schneidew. P. 5. n. 19. & DD. comm. Iecutos Andr. de Isern. in §. sed & res: per quos fiat invest. 2. Feud. 3. n. 6. distingvere: an Dominus habuerit corporalem possessionem feudi, quo Vasallus privatus est; an verò Vasallus adhuc manferit in possessione; ita, ut priori casu renovationem petere teneatur, non v. posteriori. Si ratio asserti desideretur, in promtu habet responsionem Præpos. in d. §. sed & res n. 3. vers. deinde querit. qvia censetur Feudum novum. quam sequaces velut oraculum exceperunt: cùm tamen nec vera illa sit, nec ad præsentem quæstionem applicabilis. Non hoc, qvia si feudum per remissionem fieret novum, investitura peti intra annum & diem non deberet, secundum tradita Dd. qvia hoc est de naturâ feudi antiqui, non novi, ubi domini citatio potest expectari 2 F. 24. §. 1. Rosenth. d. Feud. cap. 6. concl. 43. Non illud, qvia per remissionem culpæ, suo saltem juri renunciat Dominus, non v. præjudicat Agnatis; qvibus jus quæsumum sine ipso rum facto auferri nequit; & qvoniam per ablationem feudi ob delictum Vasalli, Jure suo non possunt exui Agnati, per tradita Hartm. Pistor. L. 2. q. 15. n. 25. 33. &c. multò minus hoc fieri potest per feudi, ob remissam culpam, restitutionem. Feudum igitur tale indistinctè manebit antiquum, ut rectè Bart. in l. quod dicitur n. 9. ff. d.

Imp.



*Imp. in rem dot. fact. etiamsi expressè inter Dominum & Vasallum, ut novum fiat, fuerit actum; quia hoc pactum in præjudicium tertii non valèt. Christin. V. 6. dec. 3. n. 17. ibique alleg. quamvis Dn. Struv. Synt. feud. Cap. 3. §. 2. n. 4. in cœteris nobis cum faciens, in casu expressæ conventionis quadam tenus aliter sentire videatur.*

*§. 17. Quid itaque de quæstione? putamus, regulariter denuò investituræ petitionem necessariam non esse; si enim remissio ante sententiam privativam intervenerit, feudum perfectè non est amissum. Si sententiam sequatur remissio, ipsa contraria voluntas Domini, culpam remittentis, elidit istam sententiam, & perinde habetur, ac si commissam non attendisset. Dn. Struv. Synt. feud. Cap. 3. §. 2. n. 4. Si tamen sub expressâ hâc conditione remiserit Dominus culpam, ut denovo investitaram petat, quin conditioni stare teneatur Vasallus, dubium non est.*

*§. 18. Finis renovationis nostræ iterum consideratur vel respectu Domini vel respectu Vasalli. Respectu Domini (1.) ne longinquitate temporis oblituretur & dubium reddatur Jus ejas. si etenim longissimo tempore Vasallus servitium non præstiterit Domino, forte, quod non requisitus, vel non affuit Casus Domino, in quo præstari ei deberet servitium; facile accidere posset, quod alias sæpe longinquitate temporis fit, ut non pateat conditio originis; ut in simili loquitur C. longinquitate 64. q. 2. XII. Conf. Sylv. d recogn. feud. q. 12. n. 2. & seq. (2) ut pro Domino agnoscatur à novo Vasallo; quamvis enim ex antecessoris fidelitate obligatus quoque sit successor, ad quem res sub eadem qualitate pervenit. Gabr. Comm. Concl. L. 2. T. d. jurej. concl 6. quia tamen juramentum est personale, successor delinqvens perjurii argui ex antecessoris juramento non posset. Sylv. d. q. n. 5. quamvis Vasallus pro te & successoribus juraverit; Juramentum enim alterius quam jurantis animam ligare nequit. Bart. in auth. quod obtinet n. 3. C. d. prob. Schulz. Synop. feud. cap. 9. n. 71 ibique allegg. add. Struv. Synt.*

Synt. feud. Cap. 10. §. 5. n. 2. & 3. ubi idem recte afferit in casu, quo Dominus, ad cuius successores qq. juramentum extensum est, mutatus.

*Finire* §. 18. Respectu Vasalli finis erit, ut tutus sit de-  
*spectu Va-* possessione feudi, quod ipsi non tam ex successione, quam  
salli. beneficio Domini & pacto primi Acqvarentis competere  
intelligere debet. Vult. d. feud. L. 1. c. 7. n. 58. quamvis  
v. haec ratio non videatur concludens, quod feuda hodiè,  
non ut olim sint precaria, sed perpetua & ad heredes  
transitoria jamjam ab Imp. Conrado II. facta. I. F. 1.  
quoniam tamen hoc ipsum, non nisi sub conditione pe-  
tendae renovationis factum, quasi in memoriam pristini  
temporis, quo Domini pro lubitu feuda auferre poterant,  
Rosenth. d. feud. C. 6. conclu. 29. in f. adhuc hodiè illa  
subsistere potest. (1) ut ab initio extet signum devotio-  
nis Domino debitæ; arg. 2. F. 24. pr. est enim petitio in-  
vestituræ quidam Census devotionis, recognitionis & obe-  
dientiæ, qui Domino præstari debet. Sylv. de recogn. feudi  
q. 13. n. 1.

*Objectum.* §. 19. Objectum est feudum titulo universali, vel  
singulari quidem, à comprehenso tamen in primâ in-  
vestiturâ acquisitum & legitimè possatum; de justa & vi-  
pe possessione renov. invest. tantum facta intelligitur 2.  
F. 3. nec injustam possessionem confirmat illa, quia nul-  
lum jus possessionis novè tribuit Gothofr. in d. text. diss.  
Bocer. de invest. feud. c. 2. n. 61. vid. infr: de effectib. Un-  
de passim in libb. feudorum appellatur investitura vete-  
ris beneficii, quod indicio est, objectum proprium re-  
novationis esse Feudum vetus, ad minimum respectu ha-  
bito ad Dominum; quamvis enim contingere possit, ut  
primus Acqvirens, respectu cuius feudum non potest  
non novum esse, renovationem petere teneatur, domi-  
no forsitan mutato; feudum tamen tale novum non est,  
respectu investituram denuò facientis; quia nulla inter-  
cedit alienatio, qualis semper est in nova investitura quæ  
pro-

102.

propterea etiam non nisi ab eo, qui administrationem bonorum suorum habet, fieri potest; cum haec quoque expediri possit a minori. 2. F. 3.

§. 20. Hinc fluit quæstio an feudum præscriptione *Feudum acquisitum* dici possit renovari? videtur dicendum, quod præscriptione: partim, quia omnis renovatio presupponit aliam investituram, nec potest renovari quod nunquam fuit. Unde iterata investitura; it. primæ investituræ confirmatione dicitur vid. *supr. §. 1. partim*, quia text. 2. F. 26. §. *Si quis varius per Etc. omnem hinc investituram removere videtur. Quoniam tamen ex diutina possessione investitura præsumitur, adeoque in præscriptione occurrat præsumta quædam investitura, & text. 2. F. 26. de novâ, non nostrâ investiturâ loquitur; hinc, potius est, ut cum Rosenth. *d. feud. c. 6. concl. 77. in f. Bocer. d. invest. feud. c. 2. n. 62. & seq. Anton. Disp. feud. 5. th. 3. lit. f. & Dd. comm. dicimus, quod sic: quia renovatio est de propriâ feudi naturâ. Ludw. d. renov. invest. c. 1. p. 403.* Feudum autem præscriptione acquisitum, proprii feudi naturam sapit Rosenth. *de feud. c. 2. concl. 51. ac præscriptio ratione effetus omnino pro investitura habetur, arg. d. §. si quis 2. F. 26. ibidem Bitsch. in f. non obstante textu 1. F. 25. qui feudum sine investiturâ nullo modo constitui posse, dicit. Hoc quippe velle videtur Feudista: quāvis alias feudum non nisi per investituram constitui possit, tamen & 30. annorum præscriptionem idem operari. Nam cum per præscriptionem acquiri feudum dicitur, id non tam dicitur eō respectu, quod verè & certò nulla investitura præcesserit, sed quod propter tanti temporis possessionem non amplius quærendum de investitura, quam in dubio credendum sit, adfuisse potius, quam defuisse. Bitsch. d. 2. F. 26. §. *si quis Notab. 7.***

§. 21. Quale v. feudum sit non interest, in omni enim Renovationem regulariter necessariam esse, demonstrat Vult. *d. feud. L. 1. c. 2. n. 39.* adeoque etiam in modico & Rustico, cum non minus feuda sint, quam magna, *An in feudo Rustico investitura petenda nec*

nec uspiam legantur excepta: quāmvis Dd. comm uniter, secuti Jac. de Ardiz. sint in contrarium, qvibus tamen scitè occurrit Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 32. in not. lit. b.* & Ludw. *de renov. invest. cap. 1. p. 411.* ad qvos brevitatis studio nos remittimus, præprimis qvod communem sententiam usū servari concedendum sit, Vult *d. l. Carpz. P. 2. Const. 45. d. 21.*

*Subiectum superius.* §. 22. Subiectum nostræ renovationis vel superius est vel inferius. Illud renovans, hoc recognoscens. Renovans est Dominus feudi, isqve immediatus & proximus, arg. c. *Imperiale. 2. F. 55. vers. præterea si quis ibi: à proprio domino: qualis est is, qvi feudum alicui dedit, cui propterea etiam, non verò mediatu vel supremo Domino, servitia præstantur. d. c. Imperiale § illud quoq; precepimus.* Vid. Dn. Struv. *Synt. feud. c. 12. §. 12 n. 1.* Rosenthal. *d. feud. c. 6. concl. 63.* Ubi limitat dicta, si medium Dominus fortè sine successore feudali vita fungatur; qvæsi tunc à mediatu Domino recognitio fieri debeat. Verum enim verò, hanc exceptionem non putamus esse de Regula; qvia tunc medio sublato, ipse supremus Dominus incipit fieri im-mediatus; Si qvidem agnoscere defuncti Vasalli Vasallum, pro suo fideli velit; regulariter enim non tenetur, secundum veriorem Dd. sententiam, per latius tradita Hartm. Pistor. *L. 2. q. 44. n. 10. & seqq.*

*An Domi minor possit renovare.* §. 23. Sive major sit Dominus, sive minor nihil interesse videtur *2. F. 3.* qvia hic nulla subest alienatio, sed ab eo, ad qvod ex facto antecessorum obligatus est, per renovationem hanc sese liberat: qvæ ratio movit DD. *comm. asserere, qvod hoc ipsum procedat etiam si nullus Curator à parte renovantis minoris intervenerit; præprimis, qvod text. 2. F. 3. Curatoris mentionem non faciat, & indistinctè loqvatur. Vult. defend. L. 1. cap. 3. n. 7. ac alias puberes sine Curatore se obligare possint. l. 101. de V. O.* Sed qvemadmodum hic textus de obligatione personæ, non de contractu super rebus suis intelligendus, per tradita

105.

dita Brunn. in d. l. 101 ita nobis omnino distingvendum  
videtur: an Dominus minor Curatorem habeat, nec ne: hoc  
casu communem DD. sententiam probamus; qvia ne-  
gotia sua pro arbitrio administrare potest arg. l. 43. d.  
O. & A. Illo casu verò Curatoris consensum necessarium  
pntamus, qvia ita non magis negotia sua gerere potest  
Minor, qvam ille cui bonis interdictum l. 3. C. d. in  
int. rest. min. Ludw. d. ren. inv. cap. i. prope fin. (p. 440.)  
Et qvoniam hodiè Minores indistinctè Curatores accipi-  
unt, præsertim nondum conjugati; Brunnem. in l. 1. n.  
2. ff. d. Minor. hinc etiam in renovatione indistinctè Cu-  
ratoris Consensus ut interveniat, ad minimum consulti-  
us est. Dn. Struv. Synt. feud. Cap. 10. §. 9. n. 1. add.  
Schneid. d. feud. P. 3. n. 82. & Rosenthal. d. feud. Cap.  
6. concl. 42. lit. b. ubi hoc Usu servari tradit, & elegans no-  
tabile addit circa reiterationem renovationis, adulto  
Domino. Minoris appellatione a. hīc contineri impube-  
rem, infante tamen majorem probabiliter colligitur ex  
§. si minori 2. F. 26. in quo tamen tutoris autoritatem re-  
qviri, minus dubii habet; licet dissentiat novissimè Bitsch.  
ad 2. F. 3 notab. 1. ex ratione, qvod pupillus deteriorem  
suam conditionem non faciat, sed meliorem, dum Vasal-  
lum juramento sibi obstringit. Hæc enim ratio, vel pro-  
pterea vacillat, qvia feudum renovando quasi contrahit, &  
obligatio etiam à parte Domini nascitur. qvod gene-  
raliter pupillo sine tutoris autoritate non permisum est.  
l. 9 pr. ff. d. Aut. & Conf. Tut. Hinc si de facto renovatio  
à solo pupillo impetrata, qvâ pupillum non valet; valet  
tamen eatenus, ut Vasallus à pænâ Caducitatis excusat.  
Zas. d. feud. P. 6. n. 39. vid. Ludw. d. l. si verò pupilli illi  
sint Infantes, tunc ipsi Tutores renovationem vi admini-  
strationis suæ facere poterunt. Ardz summ. Jur. feud. c.  
12. qvâvis aliud dispositum in investiturâ novâ, ratio  
tamen diversitatis est in promptn, qvod ibi intercedat a-  
lienatio, qvæ non est in renovatione. Rosenth. d. feud.

C

cap.

*cap. 3.. Concl. 14. & allegg. ibid lit. d.* Idem juris in Dominio furioso, & mente capto, qui omnia expedire solent per Tutores et Curatores. Schneid. P. 3. n. 85. Quid dicendum, si prægnante iuxore Dominus decesserit; vid. Idem d. P. 3. n. 86. in f.

*§. 24.* Neque etiam interest, an Mas sit Dominus, an Fœmina, an Laic<sup>o</sup>, an Clericus. Circa hunc tamen disqviritur; *An mor-* qvoniam mortuo Prætule contingere potest, ut intra an-  
*imo Episco-* num & diem alius non substituatur, an tali casu renova-  
*po à Capi-* tio à Capitulo peti debeat? Et qvoniam non tam Epis-  
*tulo reno-* scopi ceu Administratoris, quam Capituli negotium agi-  
*vatio pe-* videtur in infeudatione bonorum Ecclesiæ, affirmativè re-  
*renda.* spondent Dd. Quamvis v. nobis hæc ratio non videatur a-  
deo concludens, qvoniam mors Episcopi causam dedit  
renovationi, adeoque per substitutum in locum defuncti,  
manus dominans mutata intelligitur; aliásq; Capitulum,  
nunquam moritur; antecedens tamen sententia in Praxi  
recepta, ut præjudicio demonstrat Carpz. P. 2. C. 45. d. 22.

*An Domi-* *§. 25.* Potest v. Dominus vel ipse renovare, vel per  
*ng per Pro-* Procuratorem. 1. F. 3. §. 1. vers. sed utrum. 2. F. 58. §. item  
*curatorem sciendum;* modo, vel speciale ad hoc mandatum habeat,  
*renovare* vel generale cum liberâ. Zaf. d. feud. P. 5. n. 41. Quamvis  
*possit?* enim Procurator cum liberâ non possit de novo feodium  
constituere; quia feudi datio donationem sapit, quæ in  
generali mandato non censetur esse concessa. Schneidew.  
P. 3. n. 87. aliud tamen est in feudi antiqui renovatione.  
Rosenth. d. feud. c. 3. concl. 9. n. 5. & seq. & cap. 6. concl. 63. n. 2. ubi  
n. 3. Idem extendit ad Syndicos & Administratores Civi-  
tatum ac Universitatum. Atque hoc videtur de generali  
Germaniæ observantiâ, quod per alium domini investi-  
turam faciant sive per Cancellarium & Consiliarios Regi-  
minis. Rosenth. d. concl. 63. n. 2. Sive per Mandatarium a-  
licubi constitutum, quem vocant feudorum Præpositum;  
den Lehen Probst. Giphan. Tr. d. feud. cap. 10. n. 6. In Au-  
lâ tamen Imperiali, differentia solet observari inter feuda-  
maj-

majora & titulata, ut Ducatus, Principatus: & minora, ut Comitatus, Baronias; ita ut illa ab ipso Imperatore in throno Majestatis sedente: hæc v. per Senatum aulicum, den Reichs Hoff Rath conferantur. Limn. d. J. P. L. 4. c. 7. n. 24. & ita se aliquoties, quando in aula Cæsar fuit, observasse scribit Reinking. d. Regim. sec. Et Eccles. L. 1. cl. 4. c. 16. n. 12. Si tamen Comitatus Principalis, einer Gefürsteten Grafschafft/ renovativa investitura petatur, ab ipso Imperatore quoque illa fieri debet, teste Myler. de Princip. Et stat. Imp. P. 3. cap. 91. n. 8. ubi ipse nomine & mandato Dn. Leopoldi Friderici Wurtembergiæ Ducis, investituram Comitatus Principalis Montis-beligardensis coram Throno Cæsareo' Posonii obtinuisse 1659. dicit.

*S. 26.* Anne v. Vicariis Imperii vacante Imperio investiendi de veteri feudo facultas competit? Sanè, si respiciamus I. I. C. d. off. Vicar. ex cuius fine patet, parem Vicarios habere potestatem cum eo, cuius Vices gerunt, & tradita Dd. qvì tantum posse Vicarios imperii, quantum ipse Imperator, ajunt, Buxt. ad A. B. tit. 5. Concl. 72. affirmativa facile indistinctè applausum merebitur. Ast qvoniam res hæc sat apertè sub distinctione decisa in A. B. Tit. 5. non opus erit, fundamentis aliunde petitis uti Ex hâc v. Caroli IV. Imp. Constitutione distingendum, inter feuda Principum & illa qvæ vulgo Fahn-Lehen dicuntur; atqve inter reliqua imperii feuda. HÆC renovare possunt Vicarii; si nempe durante Vicariatu periculum sit, ne annus petendæ investituræ finiatur. Non enim mortuo imperatore, omnes Imperii Vasalli, etiam ante ab Imperatore investiti, quasi Domini personâ mutata, investituram à Vicariis petere tenentur: sed si vel vivo adh. Imperatore, vel brevi post hunc defunctum Vasallus mutatus sit, nec spes antè novum constitui Imperatorem, qvam annus præterlapsus fuerit, ut post A. rum. Discurs. Acad. Vol. 3. D. 1. S. 72. & Disc. 3. ad A. B.

C 2

T. 5.

7. s. §. 37. benè observat & pluribus dedit Linn. d.  
J. P. L. 3 c. 12 n. 72. & seq. Si vero tale periculum non sub-  
fit, nemo facilè à Vicariis renovatiōem petet, qvam per  
Electum postea Imperatorem innovari necesse est A. B.  
d. t. 5. ILLA renovare non possunt, sed eorum investi-  
turam sibi soli reservavit Imperator d. t. 5. §. 27. Et hoc  
generaliter verum esse putamus, licet annus investituræ pe-  
tendæ præstitutus elabatur, anteqvā novus constitutus fu-  
erit Imperator. qvia aliàs nihil speciale esset in renovatiōe  
feudorum Regalium, contra verba & mentem Im-  
peratoris in d. l. A. B. neqve obstat huic assertioni Conf.  
**Carol. V. in Ordin. Regim. d. Anno. 1521. §. und behalten uns.**  
4. junct. §. seq. qvippe qvæ non de casu vacantis per mor-  
tem Imperii, sed absentia Imperatoris, nec de Vicariis or-  
dinariis, sed Vicario ab Imperatore specialiter designato,  
cui mandatum pro lubitu concedere potuit, agit. Carpz.  
**Semidec. ad A. B. 4. q. 2. n. 15.** Neqve metuendum est pe-  
riculum Caducitatis, si intra annum non petatur renovatio:  
non enim privatio, sed contemtus moram arguit. &  
absentia Domini aliàs est justa caufa excusationis, ob non  
petitam debito tempore investituram. add. Limu. d. Cap.  
12. n. 76. & seq. Nomine v. Feudorum horum, in qvibus  
hæc exceptio habet locum, sine dubio continentur quo-  
que feuda Ecclesiastica majora, qvæ aliàs Scepter lehen audi-  
unt, per tradita Rumelin. Diff. 4. ad. A. B. th. 19.

**Subjectum inferius** §. 27. Subjectum inferius est possessor feudi, si  
ve is primus acquisiverit, qvod in casu mutati Domini  
**s. Vasallus.** qvandoq; contingit, sive per successionem, similemve  
modum, sec. superius deducta acceperit arg. 2. F. 3. in  
pr. renovationem enim petere non tenetur, qvi non pos-  
sideret, nec tempus renovationis petendæ currit Vasallo  
possessione destituto. Sim. Ulr. Pistor. in add. ad Hartm.  
Pistor. L. 2. q. 31. lit. a. ibi q; allegg. Conf. Sylvan. d. rec.  
feud.

feud. q. 76. Hinc inferunt DD. Expe<sup>t</sup>etivatum non obli- *Expe<sup>t</sup>etiva*  
 gari ad petendam renovationem, etiam si expe<sup>t</sup>ativa non *tus an re-*  
 nudâ promissione, sed accedente investiturâ abusivâ fa- *novationē*  
 ëta. Vult. L. 1. c. 7. n. 76. qvàmvis enim tunc non militet petere de-  
 ratio. Rosenth. cap. 6. concl. 49. lit. c. qvod, ubi non est in- *beat*.  
 vestitura, ibi peti non potest renovatio, adeo tamen a-  
 lia æqua prægnans causa: qvod non possideat; & inve-  
 stitura illa abusiva conditionalis, adeoqve effectum de-  
 dum capiat existentiâ Conditionis. 2. F. 26. §. moribus.  
 Atqve hoc non modo *communi* sed & *Saxonico* juri conve-  
 nire pluribus demonstrat Hartm. Pistor. L. 2. q. 31. per  
 tot. Carpz. P. 2. C. 45. d. 10. qvod in Electoratu Saxon.  
 nullum dubium propter Const. Elector. 45. in P. 2. Alia  
 verò ratio est si multaneè Investiti, qui singulis casibus  
 renovationem investituræ petere tenetur, per d. *Const.* *Simulta-*  
 45, qvod & extra Electoratum ita esse ubi Jus Saxonum *neè inve-*  
 viget testantur Dd. *comm.* Schurff. cent. 1. Cons 16. Berlich. *stitus an*  
 P. 2. concl. 53. n. 34. Carpz. 6. Resp. 78. qvia ex simultaneâ *teneatur*  
 investiturâ jus qvoddam perfectè partum est investito, *renov. pe-*  
 ad cuius conservationem non iniqvè renovatio exigitur  
 Hartm. Pistor. d. q. 31. n. 13. etiam si enim nec simultaneè *tere?*  
 investitus possideat, Consuetudine tamen vel Statuto  
 recipi potest, ut etiam non possidens teneatur renovare  
 Consil. JCtorum Lips. ap. Hartm. Pistor. post q. 27. in L.  
 2. n. 13. In Lusatia tamen superiori hanc consuetudinem  
 non vigere, nec ante delatam sibi successionem, simultaneè  
 investitum opus habere, ut renovationem petat, te-  
 statur Dn. Struv. Synt. feud. cap. 10. §. 1. in f. Quid con-  
 stitutum hâc de re in Marchiâ Brandenburg. 1602. refert  
 Schepliz. Promptuar. Jur. T. 6. §. 3. n. 47.

§. 28. Cujus verò Conditionis & dignitatis sit Va. *An superi-*  
 fallus, non refert, adeoꝝ superior ab inferiori feudum te- *or ab infec-*  
 nens, renovationem petere necessario debet 2. F. 100. de- *riori Do-*  
 scendit enim hæc obligatio ex naturâ Contractus feuda- *mino re-*  
 lis. Rosenth. de feud. cap. 6. concl. 31. n. 1. qui Principem nov. pete-

qvoq; ligat, qvem in Contractibus privatorū jure uti, ipsa naturalis ratio docet, ut propterea neminem sanx mentis de hāc assertione dubitare posse statuat Brunnem. in l. 4. n. 4. C. d. LL. add. Ludw. de renov. invest. cap. 1. [p. 407.) ubi ad Ecclesiam hoc ipsum recte extendit arg. 2. F. 40. §. fin. Nec aliud dicendum in Muliere feudum possidente, qvam ne juris qvidem ignorantia hic excusabit, qvia de ipsâ feudi naturâ est hāc recognitio, qvam ignorare ne fœminæ possunt. Sylv. d. recogn. feud. q. 60. n. 1. & 2. hoc pacto enim fœmina ad feudum qvandoqve habilis effecta, ut cā conditione possideat, qvâ illi, qui habiles per se sunt, possident. Schrader P. 6. cap. 4 n. 8. & secundum hanc sententiam pronunciâsse Collegium Ju-

An pupil- rid. Rostoch. testatur Bechmann. Usu Pr. feud. Ex 5. n. 79. lus. & Mi- De Pupillo & Minori qvoqve idem dicendum, ut renova- nnor? tionem petere teneantur per Tutorem. Schrad. P. 6. c. 2. n. 25. qvāvis renovandi actus differri soleat in annos ma- jorenitatis, dato interim Brevi testato: (. qvod einen Mutzettul oder Indult-schein vocant:) daß man dem gebrauch nach den Vormunden ein Bekentnüs oder Mutzettul zustelle / daß die Empfangung der Lehen Ihrem Mündlein ungefährlichen seyn soll/ bis Sie Ih- re mündige Jahr erreicht. Schulz. Syn. feudi c. 5. n. 6. an vero pœna caducitatis in casu omissæ à Pupillo vel Minori petitionis locum habeat vid. Struv. cap. 10 §. 9. n. 7.

P'uribus §. 29 Neq; refert, un⁹ sit an plures feudi unius Possesso- unum feu- res, in casu forsan, qvō defunctus Vasallus plures reli- dum tenē- querit heredes. Omnes enim renovationem petere & fi- tibus an o- delitatem jurare debent, etiamsi indivisim possideant 2. mnes debe- F. 26. §. omnes filii. unusqvisqve qvippe heredum, eo ant ren- ipso qvo tenet partem suam feudi, sive divisam sive in- vationem divisam, censetur Vasallus Domini pro cā parte, qvæ ad petere? ipsum spectat. Hartm. Pistor. L. 2. q. 47. n. 4. ne- que tamen propterea plures erunt fidelitates pro uno feu- do contra text. 2. Feud. 77. sed plurimum personarum ju- ra-

ramentū fidelitatis unius; cùm rei de qvâ, non personarum, à  
qvib⁹ præstatur juramentū, ratio habeatur. Dn. Stryk. Exam.  
Jur. feud. cap. 13. q. 7. ubiqve allegg. Atqve hoc de Saxon. Jure  
aliter haud esse ex Consuetudine, tradit Hartm. Pistor.  
d. q. 47. n. 7. Usu v. receptum etiam est, in Imperio præ-  
fertim nostro, ut in tali casu unum ex se eligant præpri-  
nis natu majorem, qvi & suo & Consortium nomine,  
fidelitatem Domino faciat, qvi vulgo **der Träger** vel **Le-  
hen-träger** dicitur, referente ex pluribus Dd. alleg. Bitsch.  
Comm. ad 2. F. 26. §. omnes. notab. 7. Idem de Belgio  
testatur Christin. Vol. 6. d. 25. n. 9. videatur tamen Hartm. Pist.  
d. q. n. 12.

*An omni-  
bus heredi-  
bus unius  
Dominis fi-  
delitas fa-  
tienda?*

§. 30. Sed qvid in casu converso, ubi unius Domini  
plures sunt Heredes incommunione constituti, anne  
hi omnes recognoscendi? videtur dicendum, qvod non, per text. 2. F. 55. §. firmiter vers. præterea. et rationem, qvod ex persona heredum non debeat mutari obligatio-  
nis conditio l. 2. §. ex his ff. d. V. O, atqve ita communi-  
ter sentire Dd. tradit Sylvan. de recogn. feud. q. 106. n. 2.  
hocqve in præxi ubiqve servari, testatur Clar. L. 4. sentent.  
§. feudum. q. 42. atqve congruere Jus Saxonum patet ex  
eius Cap. 29. ibi: **Der Mann darf auch nicht wenn von  
einem seines Herrn Sohn sein gut emfahlen.** Qvoniam  
tamen singuli sunt Domini, & singulis Jus pro ratâ ipso-  
rum parte competit; hinc putamus uni qvidem fidelita-  
tem præstandam esse, nomine tamen omnium; ita, ut  
omnes qvidem pro Dominis recognoscant, iisqve sit ob-  
strictus, licet singulis non juraverit. Hoc medio, & affir-  
mativæ & negativæ sententiæ satis fieri putat Hartm. Pi-  
stor. L. 2. q. 47. n. 24. & Rosenth. e. 6. concl 38. n. 11. qvâ in-  
vis verò ita plures habeat Dominos prouno feudo, qvod  
videtur esse contra text. 2. F. 55. tamen eos non in solidum,  
sed quemlibet pro parte indivisi: nec fidelitas eum hoc  
casu in plus, licet fortius obligat. add. 2. F. 77. Ludw. de  
ren. invest. p. m. 430. Electionem v. illius unius relinqunt

com-

*communiter* Dominis, vel, hisce dissentientibus, Superiori-  
rem deferendam putant. qvod in Saxonia quidem est ex-  
peditum Carpz. P. 2. C. 45. d. 29.

*An Vasal-  
lus per Pro-  
curatorem  
re cognos-  
cere possit?*

§. 31. An v. ipse recognoscatur Vasallus, an per Pro-  
curatorem speciali mandato instructum (Sylv. de rec.  
feud. q. 94. n. 6.) perinde erit, per text. 2. F. 3. §. sed virum  
& 2. F. 58 §. item sciendum. etiam invito Domino; quia  
qvod quis potest suo jure, non debet dependere ab alterius  
arbitrio. Bocer. de invest. feud. cap. 4 n. 23. nisi Dominus, vel  
justâ de causâ præsentiam Vasalli exigat, fortè qvod su-  
spectum habeat, adeoque prælentem admonere & terrere  
velit. Ludw. d. renov. invest. cap. 1. (p. m. 430.) vel Vasallus  
per insolentiam ipse comparere dedignetur. Sylv. d. q. 94.  
n. 5. Vel denique consuetudo Regionis & loci, quæ sem-  
per attendenda, requirat præsentiam Vasalli, qvod ple-  
rumque ita esse dicit Cujac. 2. F. 4. circa fin. de Galliâ,  
ac præsertim Consuetudine Parisiensi refert Limn. de J. P.  
L. 4. c. 7. n. 26. ubi ait Philippum Archi Ducem Austriæ  
coactum fuisse anno 1499. ut præsens fidelitatem juraret  
Atrebatii, ratione Flandriæ, in manus Cancellarii. Idem de  
Electoratu Saxon. testatur Hartm. Pist. L. 2. q. 47. in  
f. Qvamvis alias in Imperio nostro investitura per pro-  
curatorem fieri possit, immo Principes & Status imperii  
hodiè ut plurimum renovationem non ipsi, sed per Lega-  
tos petunt; quâ in re arcuum politicum quærunt Fr.  
Iren. in Colleg. ad Burgold. P. 3. p. 42. qvod suo loco relin-  
quimus.

*Forma*

*Constitutio  
in petitio-  
ne humili*

§. 32. Hactenus de materia tûm in quâ, tûm cir-  
ca quam, supereft ut videamus quoque de Forma nostræ  
renovationis; Ea autem vel interna est & substantialis,  
vel externa & Accidentalis. Illa consistit (1) in conve-  
nienti renovationis petitione. Quæ convenientia judi-  
catur partim ex tempore, partim ex modo petendi. Hic sie-  
ri debet decenti humilitate & reverentia 2. F. 22. vers. Cn-  
ria

ria & 23. vers. quomodo. Qvam demonstrat Vasallus tūm  
verbis, cum debitā honoris præfatione sive honorifica  
compellatione: tūm gestibus; non tamen genuum flexio-  
nie, nisi Dominus sit Rex vel Imperator, Schrad d. feud.  
P. 6. c. 1. n. 19. licet verò eam generaliter exigat Jus Saxo-  
nicum in cap. 22 Des Lehn = Rechts/ ibi: Und biete  
Ihm seine Mannschafft an mit zusammen gelegten Hän-  
den / und sitzt der Herr/ so soll Er für Ihm knien  
&c. Observantia tamen etiam in Saxonia contrarium do-  
cet. Et rectè monet Ludw. de renov. invest. cap. 2. loco-  
rum consuetudines hāc in re esse attendendas. add. Ro-  
senth. c. 6. concl. 65. lit. 4.

§. 33. *Tempus* est à lege determinatum, adeoque Va- *& congruo*  
fallus non potest expectare citationem Domini, sed ul- ratione  
tro renovationem petere debet Vult. L. 1. c. 7. n. 99. qvo- *temporis.*  
tiescumque enim certum à lege determinatum in aliquā  
re est tempus, tunc dies interpellat pro homine, & mora  
contrahitur, etiam nullā admonitione præcedente. l. 12. C.  
d. contr. § comm. stipul. l. 2. C. d. 3. Emphyt. nisi alia loci  
Consuetudo existat. Qvalem in Galliā vigere docet exem-  
pli Philippi Valesii Reg. Fr. Schepliz. promtuar. T. 7. §. 1.  
n. 19. Et de Episcopatu qvodam Germaniæ refert Ro-  
senth. c. 6. concl. 30. lit. c. moris esse, ut Vasalli ad cer-  
tum diem omnes conscribanrur, qvo illis investituræ con-  
feruntur.

§. 34. Qvantum autem spatiū à lege determinatum, *Intra quod*  
ostendit text. 2. F. 24. & 40. ubi statuitur annus & dies. *tempus re-*  
Non obstante text. 1. F. 22. ubi annus & mensis con-*nov. peten-*  
ceditur Vasallo; quem textum variè cum reliquis conci-*da?*  
lliant Dd. ut videre est apud Ludw. d. ren. inv. cap. 3. i-  
biqve allegg. & Bitsch. Comm. ad 1. F. 22. qui breviter satis  
facit plerisque, atqve ipse approbat distinctionem Vulteji,  
L. 1. c. 7 n. 61. inter Jus & æquitatem, quasi textus 2. F. 24.  
& paralleli, Juris rigorem, textus verò 1. F. 22. usum & æ-  
quitatem ostendat; adeoque in illo debitum petendæ in-  
vesti-

vestituræ, in hoc periculum amittendi feudi continetur. Verum non sine ratione. & hunc conciliandi modum rejicit Finkelth. *Diss. feud.* §. 16. lit. C. ibique in fine ait, quod in text. 2. F. 24. annus & dies statuatur ad designandum, aliquod ultra annum spatium concedendum esse Vasallo; quale vel illud sit determinari in text. 1. F. 22. adeo quod dies ibi non naturaliter, sed civiliter capiatur, non secus ac Jure Saxon. in Léhnr. cap. 22. junct. cap. 25. In illo enim capite disponitur: Nach des Vaters Tode soll der Sohn binnen Jahr und Tag zu den Lehn-Herrn kommen: In hoc anni & diei illius spatium determinatur, per annum & sex septimanas. Atque haec solutio nobis quoque anteferenda reliquias videtur, eamque defendit Dn. Struv. *Synt. feud. Cap. 10. th. 7. n. 2.* nec infringitur per ea, quæ in contrarium profert Dn. Bechmann. *nsuPr. feud. Ex. 2. n. 72.*

An proro-  
gari vel  
arctari pos-  
sit tempus  
hoc invito  
Vasallo?

§. 35. Tempus vero hoc à Lege indultum invito Vasallo neque minui s. coactari, arg. l. 4. §. 5. ff. d. *rejud. c. incultum* 17. d. R. 3. in 6. etiam in Saxonia, quamvis aliud velit Léhnr. cap. 22. in f. Dn. Struv. cap. 10. th. 7. n. 3. neque prorogari potest; quia Vasalli interesse potest, ne prorogetur; nec permitti facile Domino debet, quod Vasallo permisum non est. *Vult. l. 1. c. 7. n. 63.* Utriusque tamen, Voluntate quin utrumque fieri possit, non dubitamus arg. l. pen. C. d. p. act. vid Ludw. d. ren. inv. cap. 3. (p. m. 475.) ubi inquit; an tempore convento non servato, eadem pena habeat locum, quæ in neglecto tempore Legali. Tempus aut hoc ab initio est utile; non enim currere incipit nisi scienti, arg. 2. F. 9. §. donare ibi: ex quo sciverit. Ludw. d. ren. inv. cap. 3. p. m. 482. atque haec ignorantia, quia facti & quidem alieni est, regulariter presumitur, l. 42. d. R. 3. presumptio tamen haec admittit probationem in contrarium, l. 2. & 21. ff. d. prob. Imò, si Vasalli ignorantia minus probabilis, ipse probare eam, vel mediante juramento se purgare tenetur. Dn. Struv. Cap. 10. §.

§. 2. casu 4. ubi præjudicium adducit. Qvod. v. nec noctis, nec prandii tempore, peti possit investitura, patere videtur. arg. l. 39. d. solut. vid. Ludw. d. Tr. cap. 2. §. 3. (p. 458.)

§. 36. Hæc obligatio verò petendi renovationem intra tempus definitum tanta est, ut Vasallum Feloniæ reum constituat, si eam insuper habuerit 2. F. 24. pr. nisi justam excusandi causam habeat. 1. F. 22. tunc enim abesse videtur dolus, propter quem feloniam incurrit, & feudo privatur, 2. F. 52. inf. anteqvam igitur de dolo, & quæ huic inest latâ culpâ constet, pœna locum non habet, unde seqvitur, qvod ipso jure, ob non petitam investitram feudo non cadat, sed demum per sententiam. 1. F. 21. & 1. F. 22. pr. ibi; *damnetur Carpz.* P. 3. c. 27. d. 12. Justæ aut excusandi causæ quænam sint, videri potest apud Gothofr. Anton. D.F. 8. th. 4. seqq. Struv. cap. 10 §. 9. & breviter apud Bitsch. 1. F. 22. notab. 2. & 2. F. 52. inf. Quemadmodum verò Vasallus sub pœnâ privationis teneatur renovationem petere; ita & Dominus sub pœnâ amittendæ proprietatis, tenetur intra idem tempus à die petitionis factæ, renovare. arg. 2. F. 26. §. *Domino & rationem,* qvod ad paria judicentur Vasallus & Dominus 2. F. 6. vid. Rosenth. d. *feud. c. 6. concl. 60. n. 9.* Ludw. d. *ren. inv. cap. ult* (p. m. 492. & seqq.) quævis ita freqvens non sit, ut Dominus proprietate privetur, & ait Knichen *tract. d. vestit. paction.* P. 2. c 5. n. 274. & seqq. ex tot observationibus ac Decisionibus Cameralibus pœnam privationis, directum Dominium concernentem irrogatain esse; qvin imò eo nomine actionem intentatam unquam fuisse, se nondum deprehendisse. vide tamen Moller. P. 1. *const;* E-lecl. 27. n. 8. Certius & frequentius remedium pro consequendâ renovatione petitâ proponit Struv. cap. 10. §. II. ibid; allegg.

§. 37 Dominus itaque legitimè requisitus aut statim renovat investitram, aut qvod frequentius contingit, certum diem actui illi præfigit, & locum. Vult. d. *feud.* L. 1.

c. 7. n. 103. Locum qvod concernit, qvemadmodum Va-  
sallus non nisi idoneo & commodo loco renovationem  
petere potest, arg. l. 37 ff. d. solut. Schrad. d. feud. P. 6.  
c. 3. n. 10. Sic Dominus qvoque si locum suspectum,  
incommodum, pestilentem, inimicum, ad qvem  
non nisi magnis impensis veniri posset, præfixerit,  
ad comparendum Vasallum non oligabit. arg. l. 8. ff.  
ad. Sct. Trebell. Zas. d. feud. P. 7. n. 5. add. Myler. d. Pr. & St.  
Imp. c 9. n. 10. Sed nec tutum esse locum sufficit, nisi simul sit  
in territorio, arg. l. 35. §. 2. ff. d. Procurat. vel in vicinia, &  
aditu facilis, Schneidvv. P. 5. n. 40. hinc non desunt exem-  
pla, qvod Posonii in Hungaria investiti, Status imperii fu-  
erint, vid. Myler d. Pr. & St Imp. c. 91. n. 3. in f. Dominum  
v. in suo Territorio necessariò seqvi Vasallus tenetur, e-  
umq; locum adire, ubi Curiam habet vel Aulam; nisi cum  
pactione aliud vel privilegio caustum est Cujac. 2. F. 4. qva-  
li gaudet in imperio ex concessione Frid. II. Imperat.,  
anno 1166. potentiss. Domus Austriaca, qvæ extra metas  
Austriæ non tenetur accedere imperium pro conducendis  
feudis, referente ex Cuspin. in vitâ Frid. II. Limn. 5. d. 3.  
*Peritâ in-* P. 2. n. 30. de simili privilegio Bohemiæ vid Myler. d. c. 91. n. 9.  
*vestiturâ* §. 38. Ut verò petita investitura probari possit, in casu,  
*dari solet* qvo Dominus feudi ob certa impedimenta, occupationes,  
*breve testa,* vel alias causas investire statimnō potest, nec vult, dari solet  
*tum* Vasallo Breve testatum, qvo Dominus petitam confite-  
tur, eiq; ad certū tempus dilationem indulget, qvopræ-  
terlapso denuò reqvirere Dominum tenetur, Wehn. obs.  
Pract. v. *Muth-Zettel / Lehnsfinnung:* Vocatur hoc te-  
statum der Mützettel / qvod per illud probetur investi-  
turæ petitio, daß es der Lehen-Mann gemuthet/oder an-  
gemuthet habe / adeoq; in petendo negligens non exti-  
terit, Wehn. d. 1 formulam, sub qvâ hæc imbreviatura da-  
ri solet, exhibet Schneidvv. d. feud. P. 5 n 18. inf. Qvod  
si verò Dominus testimonium tale non dederit, nec ta-  
men investituram fecerit, instare in petendo Vasallus, &  
id

100.

id coram Notario, aut per Notarium & Testes facere debet, ut possit industriam suam docere. Rosenth. d. feud. c. 6. concl. 65. n. 6. extra hunc casum verò, adeoqve regulariter, Vasallum sèpius qvam semel, ut petat renovacionem, cogendum haud esse, contra Math. d. Afflict. rectè tenet Ludvv. d. ren. inv. Cap 2. §. 2. (p. m 4:8.)

§. 39. Consistit Forma II. in ipsâ recognitione, qvæ Forma consolenni expeditur actu, qvi tribus potissimum absolvitur sicut II in (1) repetitâ petitione in præsentia Testium, præprimis actu in memoribus, ubi prior petitio per libellum supplicem facta, stitura eamq; non statim investitura secuta, adeoqve illa petitio saltem preparatoria fuit. Bejer ad Schnob. D. 5. th. 17. verb Dominum sequi. (2) fidelitatis præstatione (3) Confirmatione jurium per primam investitutam collatorum.

§. 40. Testes qvod concernit, necessarii illi sunt ad actus infidei actus faciendam, qvoniam verò ad hoc regulariter vestitura de jure communi duo sufficiunt l. 12. ff. d. Testib. nec in debet fieri nostro casu aliud in jure feudali statutum reperitur, sed in Testium regulam d. l. 12. potius probari argumento est i. F. 26. §. præsentia si quis § 2. F. 2. pr. binarium numerum sufficere putamus, modò sint idonei: qvam idoneitatem hoc loco non ex speciali testium qualitate, qvemadmodum in novâ investiturâ, in qvâ præter Pares Curiæ, si qvos habeat Dominns, nulli sunt habiles 2. F. 2. pr. sed ex generali Testium habilitate judicamus; ita ut extranei qvoqve admittantur 2. F. 32. exceptis tamen fœminis d. text. qvia & hæc investitura est actus solennis in qvibus fœminæ non admittuntur; qvàmvis enim aliæ fœminarum testimonium non improbetur; Distinguendum tamen inter testimonia συστῆμα, qvæ solennitatis causâ requiruntur & testimonia ἀποδημήμα, qvæ probationis causâ desiderantur conf. Bitsch. 2 F. 32. in f.

§. 41. Fidelitatis præstatio adeo est necessaria, ut fidelitatem facere recusanti nulla investitura fieri debeat, 2. F. 3. §. nulla. Est enim fidelitas de substantia feudi, a-  
D 3 deo, ne

deo, ut ex illâ nomen accepisse dicatur. Qvare nec pa-  
cto remitti illa salvo feudo potest. Dn. Struv. c. 2. th. 6.  
n. 6. qvod secus est in juramento fidelitatis. d. §. nulla in  
f. qvia juramentum saltem est modus, per qvem fidelitas  
præstatur, qvem remitti, rem ipsam non tangit; & ju-  
ramento licet remisso, ad ea nihilominus erit obligatus,  
qvæ aliæ juramento continentur, arg. 2. F. 47. in f. Ro-  
senth. d. feud. c. 2. concl. 60. n. 2. exceptis iis, qvæ ex jura-  
mento singulariter profluunt. Rosenth. d. feud. d. c. 2. con-  
cl. 66.

§. 42. Fidelitatem verò ipsam investituram præcedere  
debere disponit text. 2. F. 4. & 7. §. ult. Moribus tamen  
præposterior videtur recepta, ut patet ex Relatione in-  
vestituræ Friderici V. Elector. Palatini per Imperatorem  
Matthiam factæ, qvam exhibet Burgold. in Mantissa ad  
Instr. Pac. p. 38. Ibi; So weren J. K. M. allergnädigst  
geneigt / S. Churfl. Gn. auff vorher erstatteten ge-  
wöhnlichen leiblichen Eid / so wol die Reichs Regalia  
und Lehen / Euch jetzt und in dero selben Namen als Ge-  
walthabern (per Procuratorem enim investituram petiit  
*An in peti* Elector) allergnädigst zu leihen &c. Ut autem in ipsâ peti-  
*tione re* tione renovationis expressè fidelitatem polliceatur Vasal-  
*nov. expre*s. lus, opus esse non videtur. 1. F. 22. 2. F. 52 § ult. non ob-  
*sè teneatur* stantibus iis, qvæ 2. F. 24. in pr. & 2. F. 40 disponuntur;  
*Vasallus fi* Ibi enim non duo sunt, qvæ copulativè reqviruntur, sed  
*delit. polli-* unum tantum: idqve vel uno verbo appellatur investitu-  
*ceri?* ram petere d. text. 1. F. 22. & 2. F. 52. aut fidelitatem polli-  
ceri 2. F. 92. vel duobus simul exprimitur: Investituram  
petere, fidélitatem polliceri 2. F. 24. aut polliceri fideli-  
tatem, & investituram petere 2. F. 40. Itaqve, si vel ma-  
ximè tantum investituram sese petere dicat, interpretatio  
tamen ita facienda erit, qvod eam sic petat, ut paratus  
sit fidelitatem præstare, Bitsch. 2. F. 24. notab. 3. Tutius  
tamen esse, si inservatur petitioni pollicitatio fidelitatis

mo-

monet Sylv. d. rec. feud. q. 108. quod jure Saxon. quoq;  
exigi docet Schrad. P. 6. c. 3. n. 7. Et in Imperio servari,  
patet ex alleg. Relat. investituræ Frid. V. Elect. Palatini.

§. 43. Confirmatio Jurium solet mediantibus certis <sup>3) Confir-</sup>  
ceremoniis fieri, quas via variant, ad formam externam <sup>matione</sup>  
referre lubet. Formam autem externam quærimus (1.) <sup>jurium.</sup>  
in juramenti præstatione; hoc enim, quævis regulariter  
sit modus promittendi fidelitatem, ab eâ tamen abesse ex <sup>Forma ex</sup>  
conventione posse, dictum est in §. antec. 41. Unde qui- <sup>terna con-</sup>  
bus hoc remissum, appellantur Vasalli per non Sacramen- <sup>stat i)jurā.</sup>  
tum. 2. F. 47. inf. Quotiescumque vero remissum non est, <sup>ne</sup>  
in omni feudo præstari illud debet à Vasallo cujuscunq;  
conditionis. Vult. L. 1. c. 7. n. 43. solo Minore excepto:  
2. F. 26. §. Si minori. sub certâ formâ qualis præscripta 2.  
F. 5. & 7. cum quâ coincidunt receptæ in Germania for-  
mulæ, tûm in Aulis Principum & Saxoniâ, quales ex-  
hibet Carpz. Disp. F. 6. & quidem ipsius Vasalli in §. 30.  
Procuratoris v. in §. 29. tûm in Aulâ Imperiali, quæ in-  
tegrâ reperitur apud Limn. d. J. P. L. 4. c. 7 n. 36. In  
Germanicarum harum formularum fine, adjectâ conspi-  
citur clausulâ: Als mir Gott helfe und sein H. Evans-  
gelium: quæ surrogata in locum antiquæ: So wahr mir  
Gott helfe und alle Heiligen / qualis reperitur in Tit.  
2. A. B. quævis nec verba: und sein H. Evangelium:  
sine contradictione manferint, docente Limn. 2. d. J. P.  
c. 3. n. 50. & à Protestantibus quandoque omissa, refert  
Sprenger. in Lucern. modern. stat. s. Rom. Imp. p. 174. quo-  
niâ tamen Evangelio vis salvifica proficiens ad salutem  
æternam, dissentè adscribitur ad Rom. 1. v. 16. & I. ad Cor.  
1. vers. 18. retineri illa posse, salvâ Conscientiâ, rectè te-  
net Franzk. ad ff. d. jurej. n. 15. & à Sociis Aug. Confess.  
in Constitutione Pacificationis Passav. ut verbo Dei non re-  
pugnantia admissa esse, refert.

§. 44. (2) In certis Ceremoniis quæ actum investitu-

<sup>2) Ceremo-</sup>  
<sup>niarū ob-</sup>  
<sup>ix servatione</sup>

rit magis reddunt solennem; suntque illæ eadem quæ in primâ investiturâ intervenire solent. Quæcunque enim specialiter mutata non sunt, in hâc quoque desiderantur 2. F. 3. §. ult. 2. F. 24. §. 2. Vid. Dn. Struv. Cap. 10. §. 5. n. 1. Ceremoniæ v. illæ variant pro Regionum varietate Schnobel *disput. fœnd.* 5. th. 18. unde alicubi Ceremoniæ observandæ ex Aulâ significari solent, notante Dn. Beier *ad Schnob. d. l. in f. de Ceremoniis in Aulâ* quâdam Saxon. receptis vid. Beier *d. l. p. 198.* de iis, quæ in Imperio hodie observantur videri potest Limn. *in add. ad L. 4. c. 7. n. 23.* ubi distinctè omnia proponit. Solent v. tûm in primâ investiturâ quandoque, si scilicet abusivè investiatur; tûm in renovatione semper, quia per eam possessio non transfertur, certa adhiberi Symbola, de quibus agit Vult. *d. fœnd. L. I. c. 7. n. 29.* De signis in Galliâ adhiberi solitis vid. Limn. *d. f. P. L. 4. c. 7. n. 31.* In Imperio nostro in Feudis Regalibus sunt vel Ensis, vel Sceptrum in Ecclesiasticis, vel in secularibus vexillum, idq; rubrum seu sangvineum, unde die Blut-Fahne significat Regalia, teste Limn. *d. c. 7. n. 32. sub signo\** quâmvis indefectu sceptri ejus, 1299. loco Crucis signum adhibuisse Rudolph. Habsb. Imp. tur Lehm. *Chron. Spirens. L. 5. cap. 104.* Sicut etiam vexilli loco, sub ense non semel investitura peracta, præprimis si non publicè sub dio, sed in conclavi fiebat. Imò hodie fermè semper ense expediri solet, & nullum post Mauritium Ducem Saxon *Sup. Sec. à Car. V. per vexillum' investitum, referente Sleid. commentar. lib. 20.* occurrit exemplum lennis investituræ. unde concludit Carpz. *Semidec. 8. ad A. B. q. 5. n. 21.* hunc investiendi modum penitus ab usu recessisse, & in locum vexilli atq; sceptri successisse gladium, quâ in re assentientem habet Reink. *d. Reg. Sec. & Ecc. P. I. cl. 4. c. 16. n. 16. & seqq. aliosq;* qui exemplis recentioribus huic suæ assertioni robur conciliare student. Ex hisce tamen aliisque ab iis adductis fundamentis thesin eorum

eorum sufficienter firmari non posse, non sine ratione censet Limn. in add. ad. L. 4. c. 7. n. 32. qvem seqvitur Dieter. ad A. B. T. 25. vers. *Marcas argenti*. Qvod v. hactenus per ensim tantum investiti fuerint Principes, hoc inde factum prælumit Limn. d. J. P. d. L. 4. cap. 7. n. 33. qvia non sub dio, sed in conclavi, atqve sic non in præfentiâ populi investituræ actus fuerit expeditus.

§. 45. Actui investituræ duo potissimum solent annecti, qvasi seqvelæ: & 1) qvidem præstatio Laudemij seu certæ pecuniæ, vel rei in redhostimentum qvasi investituræ. qvod consuetudine & usu locorum receptum atqve introductum. , Jure feudali *communi* enim, ut & *Saxonico* ignoratur. Schneidw. d. feud. P. 5. C. 1. n. 61. Hinc nec ubiqve eodem modô, cädemq; qvantitate præstatur. Nos plura de eo hic addere nolumus. videri potest Franzk. de *Laudem.* Struv. cap. 10. §. 12. & seqq. & de taxâ s. honorario, qvod Status imperii renovationem petentes, solvere Officialibus imperii & Imperatoris, Cancellariæ ac deniqve inferioribus aulæ Cæsareæ ministris tenentur, & qvinam ab hoc onere sint exempti, consuli meretur Limn. addit ad. L. 4. c. 7. n. 23. p. 432. & seqq. add. Spreng. in *Lucern.* p. 175. & seqq. Myler. d. Pr. d. Stat. Imp. c. 92. n. fin.

§. 46. (2) Confectio Instrumenti super actu in vestituræ, qvod appellatur in Jure feudal i. F. 2. §. 1. & alibi Breve testatum, id est, scriptura vel Instrumentum testatò factum seu testibus munitum, vel coram testibus factum. Vox Breve enim non adjectivum est, ut *Comm.* DD. qui Breve testatum exponunt per brevem testationem, sed Substantivum, & apud mediæ ætatis scriptores tam masculino, qvam neutrò genere freqvens est, & extat aliquoties in Codice justinianeo, veluti. l. ult. C. d. fid. instr. l. 1. C. d. epoch. L. X. l. ult. C. d. conv. fisci debit. L. X. ibi: *Inter Chartulas confiscati, brevis quidam asseveratur inventus.* vid. Bitsch. in d. §. 1. p. 90 Hoc autem Instru-

E

stru-

strumentum non ad aëtus solennitatem, sed probatio-  
nem desiderari recte censet Dn. Struv. Synt. feud. Cap.  
8. §. 8. n. 2. atque hoc ex ipso textu i. F. 4. pr. quo  
dissentientes utuntur, satis probatur; quia totus ille,  
non in solennitate investituræ, sed in eâ probandâ est  
occupatus. Bitsch in d. text. Ut autem plenam fidem fa-  
ciat hoc Breve, subscriptio Testium jure feudalí videtur  
exigi, per text. 2. F. 2. pr. & 32. & 58. §. 1. vers. iccirco. quod  
tamen hodiè non desiderari, sed subscriptionem Do-  
mini, ejusque sigillum sufficere tradunt Dd. Comm.  
qvos allegat Bocer. d. invest. Feud. cap. 4. n. 37. prope  
fin. cum noctamen moderamine, ut in illo Testium ad-  
hibitorum fiat mentio Schrad. P. 5. c. 2. n. 12. Ab hoc  
Brevi discernenda venit Schedula, der Lehn-schein / sta-  
tim post aëtum investituræ, interim quasi dari solita Va-  
fallo, donec prolixius illud Instrumentum der Lehn-  
Brieff/ fuerit perfectum vid Bejer. ad Schnob. Disp. 5.  
th. ult.

*Effectus  
renovat.*

§. 47. Effectus renovationis est conservatio jus-  
ris pristini in possessorem jure primi acqürentis transmis-  
si arg. 2. F. 3. pr. Generale enim est, ut Confirmatio si-  
ve innovatio nihil novi tribuat, sed jus quod quis ante  
habet stabiliat. C. cum dilecta 4. X. de confirm. util. & inu-  
til. adeoque si possessor feudi nullum jus in eo habeat,  
sed injustè possideat, justam per hanc renovationem  
non conseqvitur possessionem. arg. 2. F. 3. præscripturo  
tamen feudum, hoc Juris tribuit investitura hæc, ut suæ  
possessioni possit connumerare annos, quibus antecessor  
possedit, cum alias à propriâ personâ inchoare debeat  
Dn. Stryk. Ex. Jur. feud. c. 11. q. 4.

*Tenor pri-  
me in ve-  
stituræ ser-  
vandus in mæ  
renov.* §. 48. Quidam igitur renovatio hæc in primâ  
investiturâ fundamentum habet & radicem inde petit,  
Gothofr. Ant. Disp. feud. 8 th. ult. lit. c. hiuc tenor pri-  
mæ investituræ hæc præcisè servandus, pactaque illius in  
hac

hâc censentur repetita. qvoniā sequentes investituræ sunt accessoriæ ad primam, & prima initium est reliquarum: clausulæ verò positæ initio etiam in fine censentur repetitæ per tradita Schrad. P. 5. c. 2. n. 34. & seqq. Qvare si dissensus aliquis occurrat inter instrumenta investiturarum, in posteriori error commissus creditur, eaqve ex primâ, ut interpretationem, ita moderamen accipit Dn. Struv. cap. I. §. II. n. 3. ibidem allegg. qvod idem de qvâvis antiquiori sentiendum, si prima desit qvia enim in dubio mutatio facta non præsumitur, convenire illa censetur ex esse primæ investituræ. Schrad. P. 2. c. 2. n. 44. Prima tamen obscurior ex recentiori clarâ & perspicuâ declarationem recipiet, recte sentiente Rosenth. d. feud. C. 6. concl. 69. n. 12.

§. 49. Sed qvid si hoc expressè actum ut prima investitura immutetur? Dist. aut Vasalli Jus auctum, aut *An recedi* imminutum vel deterius redditum. Priori casu, cum al- possit à teri saltem Contrahentium, Domino videlicet præjudice- *prima inv* tur, firmam dicimus conventionem, adeo ut Successori- *vestiturâ* bus Vasalli omnibus profit arg. 2. F. 18. & l. 9. ff. d. prob. etiam absentibus & conventionem ignorantibus. Schrad. P. 5. c. 2. n. 43. inf. nisi idem Vasallus & Dominus po- stea hanc Conventionem revocaverint arg. l. 35. ff. d. R. J. Rosenth. d. feud. cap. 6. concl. 69. n. 24. vel pactum in personam Vasalli conceptum, arg. l. 25. §. 1. ff. d. pact. Posteriori casu subdistingvitur, an consenserint ii, de qvorum præjudicio agitur, illi videlicet, qui vel jure pri- mi acqurentis, vel aliâ ratione successionem sperant; an secus: hoc casu ipsi qvidem pacifcenti obserit conventio: arg. l. pen. C. d. pact. ejusque Liberis arg. 2. F. 51. §. filius junct. L. 14. C. d. R. V. non verò Agnatis arg. 2. F. 39. pr. vid. Schrad. d. c. 2. n. 41. & seq. qvâmis clausula salvo jure tertii non fuerit expiebla; illius enim expressio perexigui vel planè nullius momenti est, arg. l. 3. C. d. fidej. Gotha.

*GK*  
*77*  
*3070*

Gothofr. Anton. *diss. F. 8. th. ult. in f.* Illo casu subsistit  
conventio etiam in præjudicium agnatorum. arg. i. F. 5.  
§. i. l. 47<sup>o</sup> ff. d. re jud. vid. | Ant. D. 10. th. 6. lit. C. Dn.  
Struv. cap. 10. th. 6. n. 2. Ubi generaliter circa ejusmodi  
conventionem addit, eam non à qvovis Domino reno-  
vante fieri posse, sed ab eo saltem, qvi de novo investi-  
re potest; qvod in casu, ubi favorem Vasalli respicit ipsa  
Etum concedimus, per jura notissima.

Atqve hæc de renovatione investituræ hâc  
vice pro temporis, ingeniique modo suffi-  
cient. B. L. vel non sollicitus fave-  
bit conatui. D E O verò

T. O. M.

Sit Laus & Gloria.



WDT

MC

